1552 Dilationem Sibi non recipiendo, nullasque Motiones
Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, præ-
missaque omnia planis Simplicibus, vel triplicatis
Evasionibus, Suspensionibus præscriptione terrestri
Conuentioneque, ac alys omnibus Iuris Remedyis et
Defensis non Subterfugiendo, nec modo alio quouis E-
uadendo Ittis suis præsentibus personalibus Recognitio-
nibus ad præmissa omnia et Singula mediantibus.

Feria Secunda post Dominicam Exaudi proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo, Septuagesimo, Secundo.

Ittis Czołowski Gnoso Ossolinski Cedit.

30/v

1175 Comparens personaliter Coram Officio et Actis præsentibus Ca-
strens. Capitalibus Premislien. Gnosus Ittis Joannes Czołowski, sanus mente
et Corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis,
propriis et Competentibus recedendo, Præsentiæ Castrensi Capita-
li Premisliensi Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus ac bonis suis
[illegible] totaliter et plenarie Incorporando atque subijciendo, palam Li-
bere publice ac [illegible] per expressum Recognouit, Quia

Quia ipse de Omni et integro Iure suo infrascripto Nimirum de Summa Quingentorum florenorum polonicalium sibi Recognoscenti per Generosum olim de Horyn Nicolaum Ossolinski Coram Actis Officii praesentis in Anno Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Septimo modo simplicis debiti inscripta, et super bonis eius generaliter omnibus ad soluendum assecurata, nec non de eadem ipsa Inscriptione Debitorea Castren. Capitan. Premysliensi suo in tenore Latonicum omni praemissorum Iure Dominio proprietate, Competentiisque et praerogatiua quauis, Omnibusque et singulis Inscriptionis praesentis Debitoreae praedictis, Conditionibus punctis, Clausulis, articulis Nexibusque generaliter vniuersis Summa quoque suprascripta vtilitatibus, fructibus prouentibus, redditibus, Commodis, et emolumentis, obuentionibus, attinentiis, et pertinentiis, in Vniuersum Omnibus Nihil ex praemissis Iuris, proprietatis, ac Iuris sui Competentiis et praerogatiua pro se Recognoscente, Suisque Successoribus, aut quopiam alio reseruando, seu excipiendo. Verum prout praemissa Omnia et singula ipsum Recognoscentem Concernebant, ac eadem legitime tenuebant. Iam exnunc et de facto Generoso Stanislao de Horyn Ossolinski, et ipsius Successoribus accepta ab ipso pro praemissis Omnibus plenaria et sufficienti Satisfactione Cessit, et Condescendit, prout Cedit et Condescendit, praesentibus. Omneque et Integrum Ius suum sibi ad praemissa seruiens in Personam Generosi Stanislai de Horyn Ossolinski Cessionarii sui, et illius Successorum totaliter et plenarie transtulit, transfudit, et Incorporauit, prout transfert, transfundit et Incorporat per praesentes. Per ipsum Generosum Stanislaum de Horyn Ossolinski Cessionarium suum et ipsius Successores hoc idem Ius suum Cessum, et Summam praefatam praesentibus abscessam tenendi, habendi, et possidendi illoque quiete et pacifice utifruendi Summam praefatam tollendi, leuandi, et percipiendi, de leuata et percepta Quietandi pro ea

1554 eadem si non fuerit persolutae, iure agendi, processus quosvis iudiciarios instituendi et inchoandi, ad debitumque Executionis finem perducendi, ac praemissa omnia tanquam sua propria ad suos et suorum successorum quosvis beneplacitus usus fructus libere convertendi, iuribusque cessit et transfudit vigore.

Magci Ossolinscij in Rem Generosorum Przerebskich Coniugum Scriptum Roborant

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Magnifici Georgius Capitaneus Petricoviensis, et Stanislaus de Tenczyn

1195 Ossolinskij Fratres inter se germani Sani mentibus et Corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis, quibusvis propriis et Competentibus recedendo, Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie Incorporando, atque subijciendo palam libere publice, ac per expressum Recognoverunt, et quilibet illorum suo pro interesse Recognovit. Quia ipsi Scriptum certum Manuale # per se Recognoscentes in rem et Manus Generosorum Stanislai de Przerzby Przerembski et Catherinae de Tenczyn Coniugum legitimorum, Ratione certarum rerum et Conditionum in eodem Scripto Manuali Contentarum de Actu et Data

se ac suos Successores ac se suaque bona sua generaliter omnia summis [illegible] habita et habenda [illegible] et obligare [illegible]